



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectae

Sandini, Antonio

Bambergae, 1753

XC. Constantinus Anno Christi 708. Justiniani II. Iterum Imp. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

Templis reficiendis cogitaret. Magnos enim animos in corpore arthride confecto gerebat.

XC.

CONSTANTINUS

ANNO CHRISTI 708.

JUSTINIANI II. ITERUM IMP. 4.

CONSTANTINUS Joannis filii-
 us, Syrus, anno 708. VIII. Kal. Bar. an. 708. §. 1.
 April. Pontificatum iniiit. Constan- Pag. §. 1.
 tinopolim anno 710. ab Justiniano
 arcessitus, IV. Nonas Octobr. sol Bar. an. 710. §. 1.
 vens à portu Romano Hydrunti 2. 3.
 hyemare compellitur. Inde navigans Pag. §. 1. 2
 Vere ineunte, ubique habitus magni-
 ficè jussu Imperatoris, pervenit in
 Urbem Regiam, à Tiberio Justinia-
 ni filio Augusto, Cyro Patriarcha,
 totóque Senatu ac populo exceprus
 omni genere honoris. Justinianus,
 qui tum Nicææ in Bithynia degebat,
 audito adventu ejus Constantinopo-
 lim, perfusus gaudio ingenti grates
 eidem per epistolam egit, quantas
 potuit maximas, eumque invitavit
 Nicomediam. Venienti occurrit ipse,
 & in humilitatem adorantium se sub-

A a 4

mit-

mittens, magnâ omnium admiratione capite coronam gestans ejus pedes osculatus est. Quid inter ipsos actum, conjectare cuique licet. (1)

- Bar. an. Tribus post mensibus, quàm Constantinianus Nicomediâ digressus Romanam redierat, Justinianum occisum, nunciatus attulit. Imperium occupavit cædis auctor Philippicus Bardanes. Huic, quod numerosissimo advocato Constantinopolim Concilio damnasset sextam Synodum, & conatus esset restituere hæresim Monothelitarum, restitit Pontifex, ejusque hæreticam Fidei professionem missam ad se rejecit. E contrario Anastasii II, qui post brevem Philippici tyrannidem Imperator salutatus fuerat, epistolam, quâ Catholicam Fidem profitebatur, libens suscepit, & Michaëlem Presbyterum misit Constantinopolim, ut Episcopos, qui Synodi Sextæ damnationi suffragati fuerant, Ecclesiæ reconciliaret. Cùm *annos septem & dies quindecim* summo Sacerdotio functus esset, anno 715. VI. Idus April. excessit è vivis.
- Bar. an. 711. §. 8.
9. 11.
Pag. §. 1.
Bar. an. 712. §. 1.
4.
- Bar. an. 713. §. 4.
- Pag. an. 714. §. 1.

ANNOTATIONES.

- (1) Anastasius in vita Gregorii II. pag. 163.

163. ita scribit de eo adhuc Romanae Ecclesiae Diacono: *Et cum viro sancto Constantino Pontifice ad regiam profectus est Urbem, atque à Justiniano Principe inquisitus de quibusdam capitulis, optimâ responsione unamquamque solvit questionem: quam responsionem aut latere aut periisse, dolendum est. Nihilominus cum his temporibus, ut ait Baronius ad an. 710. §. 3. nulla alia verteretur Quæstio inter Orientales & Occidentales, nisi de capitibus additis ad Quintam & Sextam Synodum; satis intelligere possumus, de his Constantinopoli cum eodem Romano Pontifice esse tractatum, de his conventus habitos, atque inter utramque partem diutius altercatum, sed primas retulisse Pontificem, Gregorio Diacono constitutionum antiquorum Patrum acerrimo defensore.*

Christianus verò Lupus in dissertat. *De Synodi Trullana causa, tempore, loco, Episcopis, auctoritate, colligit, Constantinum fuisse primum ex Romanis Pontificibus, qui probaverit canones Synodi Quinisextæ, minimè adversantes decretis Romanae Ecclesiae, & Justinianum II. quod petierat ab Johanne VII. id impertrasse ab Constantino, eamque ob rem confirmasse privilegia Sedis Apostolicæ.*